

DISPVATATIO VII.

Centuria Quartæ

QUÆSTIONVM
ILLVSTRIVM

PHILOSOPHI-

C A R V M

In Inclytâ VVittebergensi Academiâ

Proposita:

P R A E S I D E

M. IACOBO MARTINI
LOGICES PROFESS.

Publ.

R E S P O N D E N T E

C A S P A R O B A R G E L I O

Dantiscano Borusso.

Ad 14. Cal. April. horu à 6. marutini in auditorio col-
legii vetera.

V V I T T E B E R G A E

Excudebat Iohann. Schmidt, Suceptibus
Pauli Hellwigii Bibliop. Anno 1608.

V I R O

Clarissimo, & Excellentissimo,

Dn. IOANNI PAPIO,

Artis Machaoniæ D. & in Inclutâ Borussorum
Academiâ Regiomontanâ Professori Pub. Illu-
strissimiq; in Ducatu Borussiæ Principis, Medi-
co Aulico, Præceptorî suo, perpetuo obser-
vantiæ cultu honorando.

NEC NON:

Viris spectatissimis

Pietate, Auctoritate, Prudentia, longoq; rerum usu
præstantijs.

Dn. BENEDICTO Steffen/

Dn. CHRISTIANO Hennig/

Scabinatus Reipublicæ Gedanensem Palæo-
politanæ, assessoribus dignissimis.

V T E T.

Reverendis Clarissimis Viris,

Dn. M. DANIELI DILGERO, Ecclesia-
stæ ibidem ad D. Cathar. vigilantissimo.

Dn. IOANNI ROSTEVSCHERO, Ar-
chidiacono fideliss.

*Dominis Fautoribus, & Mecanaribus suis, summâ animi
submissione colendis*

γνωνασμα hoc φιλοσοφικον

In debitæ observantia TEKUMHELOV

Honoris σημερον

offert

Respond. & Aut.

QVÆSTIO I.

An doctrina de Demonstratione sit necessariâ?



Vñius † planè momenti quibusdam fortassis vide-
tur in questionem vocare: Utrum doctrina de
Demonstratione sit necessaria? Hoc (siquent)
nihil aliud est, quam dubitare: an in aliqua disci-
plina detur certa scientia, veraq; Demonstratio.

Verum † desinent isti mirarier, si veterum 2o
quorundam, simul ac Recentiorum perpendant in-
genia: Tanta enim ingenii ipsorum, animique per-
veritas, ut, licet exempla quamplurima oculis suis ob viam ire cernant,
multas & varias demonstrationes ex principiis scientiarum fluere as-
gnoscant, conclusiones firmas, & præcepta certa perspicuaque inde colli-
gi posse dijudicent; sonum veritatis non sensum, umbram non rem ipsam
querere, imò falsum pro vero nibilominus pertinaciter defendere non
verentur. Cas. in Dial. p. 250. Horum igitur gratiâ, quid dico ho-
rum? illorum potius, quos sua inani Philosophia seductos, & felici suis
vestitus videmus, mota est hæc questio, & ad truïnam veritatis ex-
aminanda proposita; ut vel à proposito retraherentur, vel statim natu-
ram foliorum & ramorum, hoc est, vîno & robur Ramisbarum digne-
scent.

Consulto † igitur nostram scic informamus questionem: An Demon- 3o
stratio sit, eaq; Logico necessaria? Circa hanc questionem errasse &
ballucinatos fuisse tam veteres quam Neotericos quosdam, Luce meri-
diana clarius est.

Quid † quoque illi, qui scientiam omnem sublunaribus adimebant, 4o
aliter intendere voluerunt, quam Demonstrationem nullam esse? non-
ne is causam simul, qui effectum Causæ tollit, pernegat? Iam verò He-
reclitus, Protagoras, Cratylus & Academicī, tam veteres quam re-
centiores omnes, omnem omnino scientiam rebus corruptibilibus adime-
bant, ut habeat Aristoteles & Phys. Dumen enim omnia in continuo fluxu

versari, nec in eodem statu permanere videbant, nullam inter homines perfectam scientiam esse & sic consequenter Demonstrationem: judicabant. (omnis namque scientia certa, firma, constans, invariabilis) Quibus cum facit Socrates in Phaedone de Anima, qui propter fallacem sensum, quo magis homines illuduntur quam erudiuntur, ipsum scire, & sic ipsum quoque medium, per quod scimus, negabat. Iavell. lib. de Syllog. Demonst. c. i. p. 407.

5. Verum † his valere jussis, ut quorum opinio potius detestanda, quam amplexanda est, quippe que oratione absurdissima, & in sacram scripturam blasphemata: Non enim modo omnem providentiam tollit, verum & Deum ipsum negat. Regius lib. 5. de Demostrat. probl. 1. p. 263. Imo in recensendis, & istius opinionis argumentis refutandis, omni labore & sudore supersedebimus, ne quod fuisse ab Aristotele aliibi refutarum novimus, inanem laborem suscipere, etrambenq; bis coctam apponere: videamur.
6. Res tnobis cum modernis Crypticis Philosophis, quorum Dux & Coriphæus Petrus Ramus; hic lib. 2. & 9. Schol. Dialect. multis & variis machinis uititur in debellanda & evertenda hac qualitate. Is licet direbile & aperto, ut aiunt, ore, scientiam negare non ausit (quod homine Christiano esset indignum) Indirecte tamen eam submovet, dum Demonstrationem instrumentum Logicum esse non modo negat, odiosam suis appendicibus & caducis foliis reddit; verum etiam rejiciendam eam omnino putat. Quid enim (inquit) commercii habet Verum eum verosimili, necessarium cum fortuito, certa Scientia, inconclusaque Demonstratione cum levè conjectura, incertâ anticipite opione? Nonne Logica verisimilia, probabilia, incerta, fortuita tractat? Demonstratione vero nonne firma, fixa necessaria dictata? contraria numne in una eademq; disciplina stare possunt? Qui est, qui doctrinam de Demonstratione Logico diceret necessariam?
7. Egregia † argumentatio, & eiusmodi Philosopho digna. Duplex enim deprebenditur in ea sophisma. 1. Est fallacia compositionis & Divisionis: confundit enim que sunt disjungenda. Modum enim rei cum reipsa confundit. Non inuis inficias, res veras & necessarias reliquarum esse disciplinarum, propterea eae modus necessitatis ac veritatis inquirendae rejiciendus? nonne sciē ad eam scientiam, qua veri & falsi indagatrix referendus? 2. Ex consentaneis disjunctis & repugnatia facit. Neces-

saria enim & probabilitia non ita sibi contrariantur, ut posito uno, restatur alterum, sed simul stare possunt, sibiq. sunt subordinata quod eloquenz ete parens in suis paradoxis innuit; dum omne verum probabile, sed non omne probabile verum proclamat. Erronea ergo ista argumentatio.

Progeditur † & eandem tubam cum veteribus inflare videtur, n. 8.
mirum certum unius rei scientiam haberi non posse. Sic enim argumentatur: Non datur causa efficiens rerum proxima; vel si datur, ab hominibus non agnoscitur. Ergo nec Demonstratio: quandoquidem à causa efficiente proxima potissima est demonstratio.

Verum † utrumque, & quod non detur causa rerum proxima; & 9.
quod illa ab hominibus non agnoscatur, negamus. Primum enim tali confundimus argumento. Vbicunque datur ordo causarum efficientium, ibi datur quoque earum aliqua prima & ultima: quandoquidem ordo est dispositio primorum & extreorum. At datur ordo inter causas efficientes. Ergo dabatur etiam causa efficiens proxima. Alterum se
quasi lapsu corruit. 1. Cum ordo sit lumen illustrans primum & ultimum; omnis autem ordo intelligitur: quidni & primum & ultimum intelligatur? 2. Cum illa, quæ sensib. propinquiora, citius percipiuntur, quam quæ sensib. sunt remotiora intelliguntur: Sensib. autem nostris proximas rerum causas percipimus; quid obstat quoniamus eas intelligamus? 3. Non dicam quid lucis præcepta Logica afferant, ut quilibet mediocriter in iis instructus, faciliter proximas rerum causas investigare possit. Keckerman. in suis ad comp. Logicum comment. p. 148. Casus ex Philosopho utilem & necessariam Regulā causas inventandi proximas notat; ut nimis accidentia communia rerum considerentur, tum propria, hinc ipse gerenda potentia, quæ propriæ passiones dicuntur; Si quid ultra se offert, quod est simplicius, id pro causa habeatur. 4. Inductione exemplorum: qui enim in omnibus artibus proximas rerum causas pernegat, iudicio carere merito dicitur. Facile ergo omnis illorum corruit illatio.

Restat † ut nostram confirmemus & corroboremus sententiam, idq. 10.
brevibus: 1. est: Id quod vereum à falso distinguit, Dialectico necessarium esse facile quis concederit: quandoquidem finis Dialectices est verum à falso distinguere. Atqui Demonstratio talis, quæ verum à falso, necessarium à probabile distinguit, & perfectum veritatem producit: quandoquidem dicitur scientificus syllogismus, qui differentiae loco ponitur, ut distinguatur pars à Sophistico, pars à Dialectico: ille enim

errorem: hic opinionem tantum: Scientialis seu Demonstrativus unicus est, qui scientiam parat. Ergo, 2. Ubi non tantum dantur res necessaria, sed etiam necessaria terminorum coherentia: [Forma enim rei, & Res cuius forma est, itemque proprietas, que naturam & formam rei consequitur, necessaria sunt & necessario nexus inter se coherent] ibi dari demonstrationem necesse est: Sed dantur non solum res necessaria; sed & earum necessaria connexio: Ergo. Minor probatur. Cum enim in omni demonstratione intenditur, ut ostendatur, cur subiecto aliquo insit affectio, & propter quam causam, necesse est, ut tale medium adducatur, quod necessarium cum affectione cohereat. Sufficit hoc vice rationibus demonstrasse: Exemplis sequenti problemate illustrabimus, & veram demonstrationem esse probatum dabimus.

QVÆSTIO II.

An Ecclipsis de Luna, Tonitru de nube perfecta demonstratione demonstrari possit?

Ad exempla & accessum facimus, potissimumque demonstrationem perfectam eis inesse ostendimus. Quid tum Ramista? cum rationibus fidem minimè habens, exemplis vultus tenearis; numne demonstrationem concederis? (Non equidem Philosophorum mos, exemplis pugnare, praesertim cum libertas rationum undiquaque adsit.) Age ergo? quisquis sis; qui vel demonstrationem negas; vel perfectam demonstrationem his duobus Exemplis admis: numne demonstratione perfecta dicti non possit qua omnia & requisita perfecta demonstrationis habet. Atqui hec duo Exempla huc ipsa habere, ad oculum monstrabimus. Sunt tibi 1. principia remota, subiectum γένος ὑποκείμενον, τόπος, καὶ αὐτιμा. Subiectum Luna & Nubes, τόπος Ecclipsis & Tonitru, εύτυχα Interpositio terra diametrali, inter lunam & solem, intercipiens lumen solare, quomodo Lumen attingat; & alijso aeris, seu exhalationis circa partes densiores. 2. Nec defunt principia propinqua seu propositiones. 1. Id, cuius lumen à terra interposta excipitur, obscuratur: Luna est illud, cuius lumen à terrā interposta excipitur: Ergo Luna obscuratur. 2. ubi exhalationis seu aeris in partes densiores alijso, ibi donitru: In nomine est, exhalationis seu aeris in densiores partes alijso. Ergo tonitru.

Hic & paulisper nobis commorandum: Aquam enim hic nobis habere

rere

tere autem, & gravissime lapsos nos esse potant. I. enim immemo-
res nos esse ajunt, trium illorum graduum, quorum Aristoteles i. post.
c. 4. meminit, secundum quos propositiones efformata, summe necessa-
riae & aeternae, semperque omni tempore & loco, & de omni, vera evadunt.
Propositio n. summe necessaria est, qua omnibus gradibus necessitatis praes-
dicta est, hoc est, qua est κατὰ παντὸς, καθ' εὐτὸν. Ο καθ' ολὺς περὶ τον.
Verum Minor in dubiis demonstrationib, talis non est. Non κατὰ παντὸς:
quia ille cum universitate subjecti, & perpetuitatem requirit. Crell. I.
i. de Demonst. c. 2. Interpositio autem terra, Luna non est perpetua;
nec alijs aëris, Nubis. Ergo non κατὰ παντὸς, & sic nec summe necessa-
ria: Nec καθ' εὐτὸν: Medium enim non ita inest subjecto, ut proposicio-
nem per se constitutat. Sequitur ergo Demonstrationes illas non esse, mul-
to minus perfectas.

Verum & fallunt & falluntur ita argumentantes: sapientis enim sensus non verba Authoris attendendus: Sensus igitur istorum non omnes
in uniusversum propositiones reficiunt, sed potissimum Majorem, ut quae
caput Demonstrationis: quandoquidem principaliter scientia sola Ma-
joris queritur; quippe qua Essentialis & necessaria est omnibus Demon-
strationibus. Deinde facit hoc summa Essentialis & definitiva inter
medium & propriam affectionem connexio, per quod demonstrari debet
inesse. Reg. l. s. de Demonst. prob. 6. fol. 30s. Hinc igitur pateretur
ex accidente plane esse, ut & medium sit causa minoris, Essentialis, ne-
cessariusq; Medii & subjecti connexus: quandoquidem non subiectum
propter medium, nec medium propter subiectum in demonstratione su-
mitur; sed subiectum saltem propter affectionem adhibetur. Cum igitur
necessarius nexus sit & essentialis, inter medium & affectionem, qua
maiorem propositionem constituant, utiq; perfectam & potissimam
demonstrationem efficiet. Huic suffragatur Zabarella l. 2. de propo-
sit. neccl. c. 16. innuens minorem propositionem non debere ullo modo
esse per se: Natura enim demonstrationis & Finis hoc ipsum non exi-
gunt: Finis namque demonstrationis non nisi perfecta accidentis proposi-
ti cognitio. Iam subiecti cognitio per Demonstrationem non queritur;
nec medit, qua iam ut posita recipiuntur: sed tota vis demonstrationis
in affectione qualitate, est occupata. His accedit Authoritas Philosophi
qui lib. 2. post. sapientem dicunt, potissimam esse eam demonstrationem,
qua Eclipsis in Luna demonstratur per obiectionem terra, licet propo-
sitio minor in ea demonstratione non possit ullo modo esse per se.

Sic

Sic † porro: Omnis perfecta demonstratio est de affectione necessaria: Dicte demonstrationes non sunt de necessariis. Ergo. Minor est in aprico. Illa enim dicuntur necessaria, quae semper sunt. Iam vero Ecclipsis non semper inest Luna: nec Tonitru Nubi: sed porius cum raro sunt, contingentia dicuntur: De contingentibus vero nulla Demonstratio Arist. i. post. 6. & 7. Ergo dicte demonstrationes perfectam demonstrationem non faciunt.

3. Respondemus † ad minorem per inficiationem. Affectiones enim duplice modo necessaria dicuntur, tum respectu cause, tum respectu subiecti. Monstratum est in praecedente argumento, non de necessitate esse, ut subiectum demonstretur, eiusque scientia habeatur, cum antea cognitum supponatur. Idcirco licet affectio non propriè fluat à subiecto, utpote qua causa externa respectu subiecti dicitur, habet tamen essentiam connexum respectu cause, cum quā unita necessariam conficit demonstrationem, cumque omnis demonstratio potissimum propter maiorem instituatur. Maior autem summe necessaria: utique date demonstrationes necessaria erunt, & sic consequenter perfectae. Satisfactum tibi factum.

4. Revertimur, † & duobus his Exemplis perfectam demonstrationem inesse sic ulterius probamus 1. Omnis demonstratio, quae in perfectam definitionem converti potest, est perfecta, Arist. 2. post. c. 9. & 10. Atqui demonstrationes haec in perfectam definitionem veniunt. Ergo. 2. Accedit id, quod pariant scientias. Ergo demonstrationes perfecte esse possunt. Perfecta enim ubi scientia, ibi & perfecta Demonstratio. Aristoteles 1. post. & 6. Ethicorum. 3. ubi est prima & proxima rei causa, ibi est perfecta Demonstratio. In his est prima & proxima causa. Nulla enim Ecclipses causa proximior, quam diametralis terrae positio: nulla tonitru, quam alligio aeris circa partis dentores. Det qualem quis proximiorem, & perfectorem demonstrationem accipiet. Faciat ergo hinc opinio contrarium statuens, & nolens volens has demonstrationes perfectas esse concedat.

QUÆSTIO III.

Quodnam est verum individuationis principium?

Digna

Dignat hæc quæstio indagatione, ut que nobilissimarum & texa-
ssimarum una. Mirò namq; circa hanc questionem se torserunt Philo-
sophi, ingeniaque sua exercuerunt, ut individua naturæ principia
perseverarentur. Verum locum hic habet, quod dici solet communis
proloquo: Quot capita, tot sensus: ita enim illi investigando, non
modo illam fecerunt implicatisimam, sed & indeterminatam relique-
rant; ut sic lis sub judice esse videatur.

Ne & igitur in bivio erremus, & in primo limine impingamus, status 2.
controversie ante omnia rite informandus est. Non enim hic que-
rimus de principio individuisticorum rerum immaterialium, seu substantia-
rum separatarum, que per actum suum sunt individua Scal. Exercit.
359. q. 12. Thomas. 2. sent. dist. 3. quæst. 1. art. 2; sed de principio
individuationis rerum materialium & compositarum nobis, sermo est:
Quid sit illud, per quod res dividuæ, seu pluribus communicabiles, si-
ent incommunicabiles, hoc est, quid sit illud, per quod homo limitetur,
ut dicatur Petrus & Paulus. Varie hic tam Veterum quam Reventio-
rum extant opiniones, quas jam placet excutere. Veterum quidem
breviter attexemus, & quid falsi habeant demonstremus.

Premat & est Thomæ, qui lib. 2. de Cœlo, & in opus. 29. & in part. 3.
1. summe quæst. 3. art. 2. & 3. Materialiam signatam id est determinata-
tam, individuationis principium esse statuit, quam sectatores, à præce-
ptore suo male edicti, in diversam traxerunt sententiam. Quidam n.
materialiam illum signatam dicebant Quantam, ut que incommunicabi-
litas simul, & distinctionis rationem haberet: Id enim verum individua-
tionis principium, quod est principium multiplicationis & distin-
ctionis. Atque materia quanta est illud ipsum. Ergo. Capreol.
1. 3. q. 1. art. 1. Item Ferrar. 1. cont. gent. c. 21. hom. 1. 7. c. 34. Thom.
quæst. 2. de verit. art. 6. His assentiri videtur Aristoteles s. Metaph. coart. 12. 3. Metaph. c. 3. t. 11. & l. 18. c. 3. t. 4. & quanplus-
ribus alius in locis, ybi unus numero id statuit, cuius materia una est.

Verum & facilis est ad argumentum responso. Minor enim mani-
festè falsa: 1. Non enim à materia distinctionis & incommunicabilitas
rerum, sed à formâ proficiuntur; hinc illud. Actus est, qui distinguunt.
2. Contradicunt præceptoris suo, qui 2. cont. gent. c. 40. ex professo pro-
bat, materiam non esse primam causam distinctionis rerū, licet suo modo
materia non denegetur distinctione: quatenus actu habet entitatem
3. laborat etiā fallacia & quivocationis in vocabulo incommunicabili-

ratis. Materia enim est 1. incommunicabilis, cum subjecto Physico inha-
ret idque constituit 2. vel est incommunicabilis per modum cause, vel
per modum partis, vel per modum nature in supposito, vel per modum
superioris in inferioribus: sed illa incommunicabilitate individui pri-
mam causam non constituit, ut prolixè hac de re differit Suarez.
Disp. 5. sect. 3. dist. 6. 4. Quod si Quantitas esset principium individua-
licum, sequeretur accidens esse causam individui, quod absurdum ex sequen-
tibus patet. 5. Aristotelem quod attinet, nunquam videtur hoc principium
ex profeso in Metaph. demonstrasse, sed solù ex sensibilibus physico more
docuisse, unū individuum materiale ab alio distinguiri. Suar. d. 5. f. 3. d. 34.

Quidam + ut Caietanus c. 2. q. 5. de Ente & Essentia Iavel. 5.
Metaph. q. 15. videntes primā assertionem subsistere minime posse, per
materiam signatam, non materiam cum quantitate; sed dispositionem
ultimam & potentiam ad illam quantitatem habentem, intellexerunt.
Sed & illa erronea est. Si. n. materia illa secundum se & naturam suā
consideratur in potentia, tum non modo communis est & indifferens
ad varias species & individual. 3. Metaph. c. 3. & l. 3. c. 1. cont. 2. certi-
nihil constituit; sed nec differre facit l. 1. Metaph. c. 9. Zabarel. l. 2. de
prim. rer. materia c. 8. Si vero coarctata & determinata sumatur, re-
quiritur aliud principium, unde hac coarctatio incepit. Suarez loco
supra de const. Individ. c. 4.

6. Altera + opinio est Scoti: hic contra Thomam. l. 2. sent. dist. 3 dis-
putans Hæcceitatem T̄w̄ ð̄m̄ov̄ c̄x̄v̄ concludit. Quid vero ter-
mino illo intellectum velit, res satius non constat: Hoc tamen sciendum,
quod nec materiam nec accidens, materiam illam limitans: utrumq. n.
refutaverat, intellectus erit. Ergo formam vel compositum intelligat ne-
cessē est. Non illud: Forma enim ut quidditas seu pars quidditatis non
potest esse, cum hæcceitatem externum quiddam, quidditati super ad-
ditum statuat. Compositum vero non esse, facile quis judicare potest,
cum hoc potius sit ipsum constitutum & individual, cuius causam
hic querimus. Zabarel. l. de const. Ind. c. 9. Si notationem vocabuli
attendimus, nihil aliud, quam singularitatem notari, deprehendimus,
qua est ipse affectus cuius iterum causam hic inquirimus. At nihil po-
test esse sui ipsius Causa.

7. Tertia + opinio est Nicolai Boneri, qui Existentiam & ultimum rei
actum & complementum principium individuificum esse existimat.
Verum sobrie & acute hunc Goclenius ex Fonsecā disp. 13. Metaph. p.
193.

193. refutat hoc modo quod non necessario sed contingenter de individuis dicitur, id nequit esse ratio interna singularitatis; alioquin singularia essent contingenter singularia. At existentia contingenter convenit rebus omnibus infra Deum: itiam individualis, cum ea aliquando non fuerint. Ergo. 2. Non dicam quod vici in causa cum Effectu fiat commissio: Hoc enim queritur, quid illud ipsum sit, quod faciat extere?

Quarta + opinio est Porphyrii & Avicennae, qui in cap. de specie 8. multa accidentia simul collecta & conjuncta tamen aeternis esse statuere videntur. Sic n. ille: οτοια δέ λέγεται τὰ τοιάυτα, ἐτι οὐδὲ πίστωτον συνέσκεψεν εἰς αὐτὸν τὸ ἀδροματικόν τον ὥντεπτον αἴλας τινὸς ποτε τὸ κατό γένοιο. Hunc suffragatur & Boetius supra hunc locum: Plures enim sunt (dicit) de quibus species praedicanter non substantia diversitate, sed accidentium multitudine. Quibus accedit & vir ille magister nominis Avicenna, qui idem 5. Metaph. c. 2. & 4. statuere videtur. Inquit enim: Individua constituantur ex natura Omnium universalium, & ex natura accidentium, quae illam vestiunt. Verum horum virorum assertiones quidem audimus, sed fundamenta nulla animadvertisimus. Nec nobis persuasum habemus, hoc e viro tam graviter hallucinatos esse, cum dubio procul sciuerint, accidentia neq; λογικα, neq; tempore, neq; generatione priora esse accidentibus, Reg. disp. Logic. I. p. 253. Arist. I. 7. Metaph. c. 17. Deinde etiam quod accidentia substantiam iam constitutam consequuntur; Id autem quod debet esse principium, non subsequi, sed precedere debet Arist. I. 3. Metaph. c. 1. lib. 7. cont. 7. Velsi accidentia essent principium individualis: tum aut accidens commune, aut singulare seu proprium: Non illud: commune. n. non nisi commune procreat; non hoc: nam sic committitur petitio principij; d. hoc enim queritur, unde ipsi hoc est, quod singulare dicatur. Concludimus ergo Philosophos illos eximios non tam veram rationem singularitatis, quam signum & notam, quibus individualia inter se dignoscit, & discernit queant, bisce suis accidentibus denotare voluisse.

Cum + igitur demonstratum, materiam illam signatam Thomam, Hec 9. citatem Scotti, Existentiā Boneri, Accidentia Avicenna, verū individualis principium non esse, quid obstat videtur, quo minus Formā, quae rē faciat unā, eandemq; ab aliis distinguat, principium individualis dicamus. Verum ex denominatione & descriptione formae, disparitas opinionum oritur. Sunt qui formam specificam materiae communica-

tam individuationis principium dicunt: Sunt qui formam (nescio
quam) supervenientem, & specificam limitantem, τῶν ἀτόμων τοιχίον
concludunt: Hec Ramistarum; Illa Peripateticorum & veritatis aman-
tium est.

10. Ramisti et suam pluribus confirmare conantur argumentis, quos
ruu precipuum est: Individua aut dfferunt principio interno, nimirum formā aut materiā; aut principio externo videlicet accidentibus.
At non accidentibus, ut constat ex praemissis: Ergo principio interno.
Non à materia: Ergo forma. Forma igitur illa aut erit specifica; aut
forma quedam supervenientis specificam limitans: Non illa, quia specie-
iem constituit, & non individuum. Erit igitur alia forma, que for-
mam communem limitet, & individuum constituat. Præterea si forma
specifica constitueret individuum, unius homo esset omnis homo; quod
aburdum.

11. Verum t̄ hec tanta non sunt, ut nobis persuadeant, velamen ob-
ducant, veritatem offuscent. Vtrumque enim erroneum; & vnde dicitur
illa; & ipsorum argumentatio. vnde dicitur: Dum nimirum formam illa
supervenientem, quæ limitet specificam & Essentialē; invēhit.
Dene nobis quæso illam: cum sit parum Non-Ens, cuius nec qualitates
nec operations apparent, idque inde deducimus. Cum enim forma
illa specifica & Essentialia sit ultima, qui non datur aliquid inferius,
grā erit forma illa superveniens? Vt itam vero īſſe, in vīlo hoc de-
monstramus argumento: Quæ forma est omnium perfectissima, illa est
ultima. At forma specifica v. g. in homine, est omnium perfectissima;
qua nullus alius actus ei supervenit, quo perfectior reddatur. Ergo est
ultima. Major probatur: Forma ultima est alius perfectus, qui ultimam perfectionem affectus est, neque ulli alijs formā superveniente
perficitur. Hinc forma animalis non dicitur perfectus, sed imperfectus
actus, ut qua non est ultima, sed alius quam plurimis formis superven-
ientibus sive actibus essentialibus perficitur, donec existentiam suam ve-
ram habeat. Argumentatio. Minor enim prioria Syllogismi negatur:
Non enim sequitur, id, quod est forma speciei, non est forma individui.
Dupliciter enim forma consideratur. 1. simpliciter & in se. 2. compa-
rare. In se considerata est essentia rei & quoddam universale commu-
ne omnibus speciebus: Quatenus vero ut est extra animum & existen-
tiā dā actū, formā individui constituit, quæ distinctam formam
efficit, ita ut forma platonica & forma Peiri differat. Essentialiter.

Id

Id quod Zabarel. lib. 1. de natura Cœl. cap. 8. multis declarat, & inter esse sensile, & Intellectuale subtiliter distinguit. Forma enim bonis in Esse intellectibili sumta, communis est, & speciem tantum constituit, In esse vero sensili, quatenus extra animum existit, individuum efficit, quo Boetius reflexit, cum dicit: Omne quod est, eo ipso quod est, singulare est, Zab. de constit. Individ. c. 5. & 6.

Alterum à Tempelli argumentum in refut. probl. pag. 115 & 121.
131. facile corruit ex datâ jam distinctione. Nulla enim conseqüencia majoris. Male enim inferatur à Tempello: Socrates & Plato sunt unum specie: Ergo Socrates & Plato sunt unus homo. Confundit enim Esse sensibile Esse intellectibile: Nam antecedens loquitur de Esse intellectibili; ibi enim Proclus & Panthus dicuntur unum; quoniam ipsorum forma in mente, ut una concipiatur, que æque ambobus & ita omnibus communis est. Consequens vero loquitur de Esse sensibili, quatenus jam extra mentem existant. & duo diversi sunt propter distinctiones formarum in distinctâ mattera existentes. Quilibet igitur facile videt incedere hoc argumentum quatuor tibiis. Plura monentur à Ramistis, puta Ramo, Schol. Dial. lib. 3. c. 5. & 6. Duonamo l. 1. Dial. c. 27. & quam plurimis aliis, quibus brevitatis gratia super se debimus, cum vel ex superioribus facile refutantur, vel quis proprio Marte ea vincere possit.

Sequitur \dagger ultima & in ordine sexta, quia principium individu- 13
is cum formam specificam communicaram materia statuit. Hanc
omnes veritatis amantes acceptant, Zabar. l. de Const. individ. c. 5.
Suarez Tom. 1. disp. 5. s. 6. Scal. exer. 307. sect. 17. & plures alii,
quorum rationibus ut firmis sit omnium, & ve itati proximis, etiam
calculum nostrum addemus. Rationes sunt 1. Quod rem facit à re
diff. & quo posito, singularitas ponitur, & ablatio, quo vis alio remane-
ter tollitur & auferitur, est ratio adiquata & practica Individuationis.
Atqui forma specifica communicata materia est ialis. Ergo.

Notandum + duplarem esse actum formae: unum $\tau\bar{\nu}\sigma\circ\bar{\nu}\alpha$ s, al- 14
terum $\tau\bar{\nu}\delta\pi\bar{\nu}\varepsilon\omega\bar{\nu}$ s Zabar, cap. 3. de const. Individui. Actum for-
mae $\tau\bar{\nu}\sigma\circ\bar{\nu}\alpha$ s a principio individuationis expellimus, quippe qui com-
muni, nec ulti nam differentiam absolvit: Actum vero formae $\tau\bar{\nu}\delta\pi\bar{\nu}\varepsilon\omega\bar{\nu}$ s
hoc loco recipimus, qui aliis sit in ipsam materiam. Dicimus
in ipsam materiam, non quod materia una cum forma esset causa in-
dividuationis, nam sic esset compositem quid: Sed quid mate- ia sic

tantum ministra, quæ sustentat formam, ut existentiam dare possit, 2.
mo ipsam materiam existere faciat: Est ergo causa sine qua non.

At tamen inquis: cum omnis existentia sit à formâ, ut hæc vult opinio. Materia autem prima existat, ut quæ prior forma, quamque etiam sustentat, quid? omninem causa existentia soli forma tribuenda? nonne potius materia? Falleris. Materia enim non existit, vel si dicatur existere, improprie hoc fieri, quis est qui non sentiat? Cum illa dicuntur tantum existere, quæ extra animum subsistunt & existunt. Distinguendum ergo inter existentiam simplicem & absolutam, per quam, quicquid est in natura, quovis modo existit: Et inter perfectam & determinatam ad gradum seu speciem aliquam Entis. Priori modo materia existere dicitur, posteriori soli forma ascribitur. 2. Omnis distinctio est à forma: Atque individualiter existere est numero unum existere. E. quod individualiter existat, id habet à formâ. 3. Omnis actus separata & distinguunt lib. 3. Metaph. 13. Forma est actus. Ergo Forma distinguunt: & per consequens etiam illud præcipuum & causa individuationis. His subscribunt & Aristoteles l. 2. de an. cap. i. cont. 2. & Averroes in Epit. Metaph. tract. 2. p. 383. Individuum, inquit, existit per formam & non per accidens. Distinct. C. Et tantum de Principio in individuationis.

QUÆSTIÖ IV.

An Individualia differant species?

1. Hæc tamen quæstio non minus ardua, quam præcedens, jure quodam nunc sequitur. Peripatetici siores omnes, quibus ob judicium dexteris ratem, ingenioq; acumen maxime manet palma, in negantem eunt sententiam. Dicunt enim: Individua, licet essentialiter inter se differant, species tamen non differre: Specie enim illa saltem differunt, quæ habent formas oppositas non a. quæ habent Essentias proprias & singulares. Reg. l. 5. disp. Log. probl. 5.

Cum his tamen orator ille Parisiensis cum omnibus suis affectis coitios hem facere conatur, & quidem non lusorii sed decretoriis, ut ajunt, armis. Libro enim 3. de specie in animadversi in organon Aristoteles c. 5. & 6. Duonam. l. i. Dial. c. 27. Tempel. in refut. prædic. p. 115. & 131. Talæus in Dial. Rami c. 27. Iohan. Cramerius contra Tydicæum &c. negant hoc, quod illi ajebant, argumentis, ut illi purant, non ex trivio arreptis. 1. A forma: Quaecunque formis essentialib. & propriis differunt, species differunt: Individua propius essentialib. for-

mis differunt. E. Specie differunt. Major præterquam quod perspicua est,
quia nimurum forma est, que faciat differre; illustratur tamen ex Philo-
sopho 5. Metaph. c. 9. Minor enilibet, etiam infantis obviam est. At
enim propter habent formam, quibus inter se differrent, tum u.g.
anima Pauli esset anima Petri: quod absurdum. 2. Ab usu Philo-
sophiz. In uisu certo naturali, & Philosophico dicitur homo genus. Ergo
individua dicuntur species: Dicunt enim de aliquo requirit inesse & sic
Individua etiam specie different. Antecedens probatur. I. Authori-
tate Rethorum: Seneca, Ciceronis, &c. qui hunc usum retinuerunt, ut
genus hominem, Individuum vero speciem nominarent; II. Citorum, qui
Stichum & Pamphilum species appellant: 3. Aristotelis qui 2. Metaph.
c. 1. & 2. & 3. Metaph. c. 13. & 4. hominem genus 10. vero Metap.
c. 11. lib. de part. animalic. c. 4. lib. de long. & brev. vitæ, Indi-
vidua species diversa esse scribit.

At & nobis Peripateticorum (quod pace vestra viri ingeniosissimi
dictum volumus) præ Magistri vestri potior, & ad veritatem propior re-
detur sententia, quam his rationib. stabilitam videmus. I. A principio
speciei: species à specie differt peculiariter & essentiali forma: At individua
non differunt peculiariter & essentiali forma, sed specifica materia communica-
ta. Ergo non sunt species. Quicquid igitur aliquid non est,
id de eo dici nequit: At individua species non sunt. E. & sic individua ut species differre nequeunt. II. A genere: Omnis species est u-
niversalis. Individuum est singulare non universale. E. III. Nullum uni-
versale & sic species incurrit in sensu, movetur, generatur,
corruptitur: Petrus, Paulus, generantur, corruptuntur, moventur,
incurrunt in sensu. E. non sunt species. IV. Quæ specie differunt,
illa in se, per se, inter se & Essentialiter differunt: hoc enim propriè est
specie differre: Zabarel.lib. 2. de qualitate Elemento, c. 6. Atqui
anima seu forma illa qua in Petro est, non differt ab ea, qua in Paulo
est in se, per se, extra se, & essentialiter lib. 2. de prop. necess. cap. 9.
E. nec specie. Assumptio item patet hoc syllogismo. In quo quid essentiali-
ter, & per se convenit cum alio, per illud essentialiter differre nequit: Esse
enim è virtute & operatione. Atqui forme Individuorum essentialiter & per se
conveniunt. E. 5. Ab absurdo: Quaecunq; essentia different, illorum
potestates & actiones etiam essentia differre necesse est: Atqui actiones
& potestates individuorum, putatio rationem, auditum, visionem Petri &
Pauli essentialia non differunt. Ratio: quia non essentia, sed gradib. tun-
ctum essentialib. differunt i. Scal. ex. 347. E. neq; individua specie differ-
re certum est.

Indicet

5. Iudi: et ergo cui sana mens est. Et ratio, numne Ramistarum, argumenta aliquid concludant? Major n. primi argumenti vel omnino neganda, vel aequivocatio in ea concedenda. Neganda est consequentia quatenus propriam intellectam velint, ita ut specie differre, nihil aliud sit, quam habere formas oppositas, quod nec adversarii concesserint. Ergo aliud concedant necesse est: quis ergo non videat aequivocationem majoris? Aristotelem vero quod attinet, quem sibi hic in parte favere putant, respondemus, adversarios committere μεταφορικά γένος: quod enim Aristoteles in Metaphysicis Genera alter, & indeterminata locutus, id in Logicis determinata & specificè intellectum volunt. 2. Quis est qui nesciat Aristotelem sapientem ex propria sed aliena mente locutum? fallit ergo Major. Minor itidē curvis incedit tibis. Et cōfessionē patitur inter differre & diuersum esse; qua Aristoteles & Porphyrius diligenter distinguenda, docuerunt l. 5. Metaph. c. 9. & 10. Metaph. c. 5. n. & 12. Prophyr. cap. de differentia Sicut enim Aristoteles, Metaph. c. 9. ἔτρε πέλεγεται, οὐ τὸ εἴδη πλείων καὶ λόγων τῆς φύσεως. Diversa dicuntur quorum aut species plures sunt, aut materia, aut ratio Essentialia. Διαφορὰ δὲ λέγεται, δοξα ἔτρεπται τὸ οὐτα, μὴ μόνον διειδυμένη τὸ εἶδος, οὐ γένος, οὐ καταλογία, οὐ δοξα Λόγος τῆς σοιαὶ τὴν ἔτερότητα. Differentia dicuntur quae diversa sunt, cum idem quid sint, modo non sint numero idem, hoc est, modo non sint individualia; sed vel specie, vel genere, vel proportione, & quae habent in substantia diversitatem. Dicendum ergo Individualia Essentialibus formis non differre, sed diuersa esse.

6. Ad secundum t̄ respondet Joh. Reg. l. i. disp. Logicar. probl. 5. Que est ista inepta & perversa ratio Ramistarum? Logios & Philosophos Rhetoricorum scholas frequentare debere, & ex Topicis illorum, impropriaque locutione precepta sua Logica, quae delent esse instrumenta veritatis, confusere & confirmare. Potius hoc esset, ut Rethores a Logicis discerent verborum proprietatem, & si Topicis uariant, intelligent, quomodo a Logice simplicitate deflectant. Tropos interim & figuratum locutionem non rejicimus, sed Logicos sua precepta ex Rethororum consuetudine loquendi conformare debere, omnino absurdum & inconveniens judicamus. Deinde licet iure consuli ita loquantur. Logici tamen Interconsultos ad suum tribunal voceni, & cum illis non de facto, sed de jure disputent. Nam & illi valet, Legibus non exemplis judicandum. Hęc ille.

Negque

Neque denique † authoritas Aristotelis, fidelis his venit subsidio. 7.
Genus enim ibi nimis laxè caput, vulgarique consuetudine loquendi
facit. Ad locum 10. Metaph. c. 11. respondemus; ad versarios committe-
re fallaciam compositionis & divisionis: nam omittunt non omittenda.
Extat enim in textu τὸ εἶδος, ut sensus sit: Ea, quæ in speciem diuidi
nequeunt. Ad ultimum locum facilis est responso, Aristotelem ibi latissi-
mè vocabulum generis sumere pro aggregazione hominum & non pro
Essentia communiter intellectu Hipp. prob. Phys. 3. Alias Aristote-
les expressè negat. Hominem esse genus singularium hominum, quando
libr. 8. Metaphysic. cap. 3. t. II. in hac verba desinit. & γένος εσι
γένος οὐθενός τὸν τρίτον διαθέσεων. Concludemus itaque Individua
non species, sed numericā tantum Essentia differre: nihil interim moran-
tes soliorum & Ramorum strepitus.

QVÆSTIO V.

An Astra agent in hæc inferiora peculiari
quādam Virtute?

Duplex † sensus hujus questionis esse potest. 1. An astra, cum o-
mnis Caloris & Elementariorum qualitatibus experti non vimus, ita agere
possint in sublunaribus, ut quod ipsi non habent, alijs communicare pos-
sint. Videmus enim sublunaria calefieri, frigesceri, humectari, exucca-
ri; videmus mutationes quamplurimas, non tantum in regione aetherea
fieri, & maximas tempestates oriri; verum etiam in homine pro diver-
so tempore positi, diversas oriri mutationes cernimus. Ab astris hoc
fieri ajunt ferè omnes: quomodo autem hoc accidat, omnibus non est in
confesso.

Agunt † autem astra primo omnium in Elementa duplice medio: 2.
motu & Luce: Motu, cum prima Elementa circumgyratione orbium
coelestium condensant & intendunt. Rejiciamus enim opinionem Scali-
geri Exerc. 74. d. 2. & Pererij, quinon à motu solo & astrorum, sed potius
à positu & quiete maximum calorem induci posse affirmat; 2. Luce: Quo
enim intensius est lumen, eo calor quoq; intensior. Lumen enim non est si-
ne calore. Arist. 1. Meteor. c. 4. Hic modus est astris in hæc inferiora
proprius, qui omnibus est conspicuus, nec hoc loco controvertitur.

C

Alter

3. 2. Alter † quæstionis sensus est: an etiam astra in animam &
voluntatem hominis agant, ut patiatur aliquam necessitatem & influ-
xum. Constituta est à Galeno Regula. Mores animi sequi tempera-
mentum corporis: tria nimurum insinuans. 1. Affectus: ut sunt
latitia, tristitia etc. quæ animo temperamentum sequuntur, & sic per
caelestem influentiam disponuntur ac reguntur. 2. Inclinationes ad
certa studia & artes, quæ sane etiam à temperamento corporis pendent,
Gal. l. 3, Apho. c. 14. Thom. opus. 26. & l. 3. cont. gent. c. 84.
Plato in Timæo. 3. Inclinationes ad certas virtutes & vicia, que
itidem inde proveniunt. Hæc quæstio hoc sensu nobis est controver-
sa, hæc nobis decidenda p. oponitur.

4. Digladiantur inter se tū Theologi, tū Genethliaci: Illorū tum quida
omnem vim & efficaciam astris in animis hominum denegant; hi vicis-
sim omnes actiones & eventus hominum astris ascribunt: utriq; auram
inanem disperberant, illi in defectu hi in excessu peccantes.

5. Ad enodationem † gñr. hujus quæstionis pranotandum esse pu-
tamus. 1. Bifariam dici posse astra movere voluntatem hominis,
Directè & Indirectè: Directè, quatenus per se atq; immēdiateè aliquid
imprimunt. Indirectè, quatenus remo è & ex accidente cum interven-
tu organorum corporis & potentiarum eis inharentium inclinant. Hinc
ellud axioma: Astra in clinant, sed non necessitant, Coll. Conimb.
lib. 2. de Cœl. c. 3. q. 8. art. 2. Arist. l. 3. Ethic. c. 4. D. Thom. 3.
Cont. gent. 84. o. 1. part. quæst. 15. & in 12. quæst. 9. art. 5. 2.
Distinguimus etiam inter causā illarum actionē remota & effectum isti-
us causæ seu actiones ipsas. Afferimus igitur indirectè astra agere in ani-
mum hominis; quatenus primum in Elementa simplicia, tum in mixta;
& sc̄ quoque in corpus hominis, utpote quod ex quatuor Elementis
constat, atque adeo Elementariorum qualitatum temperamento prædictum
est, agunt, quæ tamen actio non est causa necessitatis eventuum &
actionum humanarum, impeditur enim enim à causis particularibus &
proximis. Omnis namque hominis eventus non dependet ab Elementa-
ribus qualitatibus primis & secundis, sed unice à voluntate hominis
libera. Directè & per se minime agunt, nec agere possunt astra in ani-
mum hominis, idque hoc demonstro argumento. Inter agens & patiens
mutuus debet esse contactus: Atqui inter Cælum & animum non est
mutuus contactus; quippe illud Corpus hoc spiritus. Ergo: Ubiquitur
mutuus contactus non est, ibi nulla potest fieri directa impenitio. Liber-
tatis

reas voluntatis, influxu astrorum non impeditur, quia ab Essentia anime
sunt. Ergo Cælum seu astrum directè in animum hominis non agit.

QVÆSTIO VI.

Vtrum fontes generentur ex vaporibus?

Aristotelis † hæc est opinio 1. Meteor. c. 13. omnem aquam fente-
rum & fluvialem ex aere & vaporibus in terræ aliis contentis, inque
aquam condensatis igni: cuius ratio porosissima hæc est: Ubiperpetuus
aëris & vaporum concursum, eorumq; ex loci frigiditate condensatio, ibi
fluminum & aquarum generatio: Atque in terrâ est aëris, vaporumque
concursum, & propter loci frigiditatem condensatio: Ergo. Major ver-
ita est. Minor non eger probatione. Quia enim terram porosam esse novi-
mus, & aer elementum est tenuissimum, ne in natura derur vacuum,
quod abhorret, facile poros transit, & implet, qui postmodum à quali-
tate terræ, qua omnium frigidissima, condensatus, in aquam conver-
teretur, atque sic primò guttalem terrâ manat, post collectus hinc
inde foras prorumpit.

Plausibilis † hæc opinio, siueque munera fundamentis: quid ergo 2.
obstat, quo minus ipsi calcinum nostrum addamus? Rationi non satis-
facit, experientia repugnat, contrariaque facile infringi potest rationi-
bus. Primum quidem non negam, aëre esse in terræ cavernis, in aquam
posse propter loci frigiditatem commutari; sed propterea fontium pia-
serint perpetuorum, causam sufficientem plenariâ hanc esse statuamus? 3.
Dic sodes, unde tantus aëris affluxus? Nonne partes aeris, tanquam
Elementi subtilioris & rarioris, plurimæ, ad exiguum aquæ molem ge-
nerandam requirantur? quæ esset loci capacitas, seu sp. cum immensi-
tas, & vastitas, quibus aëris colligeretur? 2. Si hæc militaret ratio
nimisunque vaporibus omnes oriri fontes, dic unde nam iſla quatuor
flumina in Paradiso? ex aere ne an aliunde? ex vaporibus dicere est
absurdum, cum una cum mundo caperint. Tacemus alia exempla, quo-
rum causa ex aere reddi nequit. Refert Plinius lib. 2. c. 103. quod in
Dodone sit fons Ionis dictus, qui meridiem semper deficit, & mox incre-
sens, ad medium noctis exuberat, ab eoq; rursum sensim deficit.

Quorundam † opinio est, in terra esse aliacos & caruitates maxi-
mas, in quibus imbre & aquæ pluviales colliguntur, atq; sic ex ijs fontes

C 2 dimanare

diminare auturant. Cum his facere videtur Plato in Phædone & Homerus, qui ingentem esse hiatum & abyssum in medio terra, quam τόγρασον vocant, statuunt, in quo aqua recipitur & ita foras emititur. Sed fallit & fallictur hac opinio, ut que somnia narrat & inania venditat. Enim committitur petitio principii, dum ingentem illum abyssum & τόγρασον pro concessa arripunt. 2. Nulla pluvia tam magna est, qua terram ultra decem pedes madefaciat; sed vel a terræ siccitate absorpta vel expleta nullam amplius recipit. 3. Vbi in montibus saxis hac militabit ratio, quorum plerique perennem aquarum vim ex se proferunt.

4. Nostra & igitur sententia est: Fontes originem suam ex aquâ marinâ per certos quosdam in terrâ meatus & anfractuosos locos percolatâ, & ad certa loca derivata, ducere. Hanc nobis confirmant sacræ literæ: Ecclesiast. i. vers. 7. Omnia flumina intrant in mare & mare non redundat: ad locum vnde exirent flumina revertuntur, & iterum fluunt. Ecclesiastic. 40. Quæcunque è terra constant, in terram redeunt & è mari orta in mare remeant.

5. Inquis: † Aqua marina est salta, Fontana vero dulcis: Ergo mare non potest esse fontium causa:

Respondemus nullam instantia huic inesse consequentiam. Quanquam enim aqua marina salta sit, redditur tamen dulcis, per inter colationem, que sit per subterraneas cryptas: id quod experientia testatur; quo enim remotiores, sunt à mari aquæ, eò dulciores: Sic Scalig. Exerc. 50. Aqua prope mare salta: longius, minus: procul, nihil: posse aquam per intercolationem saltemdemē ponere: id experientia nautaram compertum habemus: illi enim, argilla, & è lana lauribus appensa, aquam marinam dulcem reddunt. Si igitur ars hoc ipsum posset, ut aquam natura saltam, dulcem efficiat, cur naturæ illud ipsum denegemus: quæ efficacior est arte in omni actu. Futilitatem igitur hujus instantia facile quis animadverbit.

6. Ulterius † queritur: Cum aqua ex imis Mari partibus educatur & suâ naturâ gravis, quaratio, quod altos montes ascendat, ibique fontium causa existat. Motus ergo eius, aut erit naturalis, aut violentus, aut utrumq; simul concedendum. Non naturalis: quia corpus grave. Non violentus, quia perennis esse nequit. Nec tertium: nam sublatio

*latis partibus totum corruit. Ergo aqua marina fontium causa esse neg-
quit. Respondet Semimonachus apud Scalig. Exerc. 46. In terra esse
venas, à quibus aqua, ut sanguis et venis trahatur. Absurda hæc responsio,
ut qua rebus inanimatis, vim attrahicem tribuat. Quidam us
Thom. sententia 2. dist. 14. quodā st. ad 5. respondent, aquam attrahi
sursum vi celestium corporum. Nos verò respondemus, motum aquæ
per subterraneas cryptas ad montium vertices ex accidente quidem esse
aliquo: Tanta enim maris insania & premens vis, ut aquam sursum
pellat, ad eam superficiem, quæ aliorum est maris superficie, sed tamen etià à
natura iuvatur: Cum enim ex ea suum locum sit posita, naturaliter
erit in ascensione iuvatur, ut statutus Hermola. Barb. l. 4. comp.
Phys.*

QVÆSTIO VII.

Vnde lapis in altum proiectus moveatur?

Nobilis & diligentis disquisitione digna est hac questio de effici-
ente causa motionis proxima. Non enim τερπεγία ἀσχητὸς τραγουα-
tos est, ut inquit Galenus, ad tribunal rationis vocare, quid hoc de
problemate veritati consentaneum dicere possit. Omnes sane in eo conve-
niunt, esse causam quandam, quia lapidem moveat; sed quæ proxima,
muleum ambigitur. Non defuerunt quimanum projiciens causam af-
firmare auctos sint: sed animi & rationis falluntur. Cum enim omnes mo-
tus per contactum fieri debet, ut habet Aristoteles 7. Phys. cont. 16.
ubi ille contactus manet, cum è vola manus evolaverit? Nec de initio
motus, sed de motu in aëre continuo, ubi contactus ille non
constitetur, queritur. Proinde cum contrarius in moto lapide de-
prehendatur motus: Projiciens verò contrariorum motuum causam esse
nequeat, quis lapidis projecti causam eam constituit? Zabarel. lib. 11
de motu grav. & levium c. 12. Sunt qui aërem medium causam Mo-
tus lapidis esse putant, sed quisnam ille: an præcedens? an subsequens
lapidem? nondum satis inter se constant Philosophi. Platonis senten-
tia fuit, aërem subsequentem protrudere lapidem, ob eam rationem, ne
vacuum admittatur. Huic subscribit Cardanus differens: aër cum
sua propriâ formâ moveatur, impellit lapidem. Sed merito à Scaligerº
Exercitat. 28. rejectur hac opinio dupli machina. 1. Ab absurdo.

C 3

Quod

Quod si, inquit, lapis ab aëre moreatur, in dicio esse potest, quod non tangens fulmen arbores tamen prosterat, quod absurdum. 2. Tanta enim aëris subsequentis vis non est, ut moveat simul lapidem & aërem praecedenter lapidem. Sequitur quidem aëris lapidem, ne detur vacuum, non ut lapidem projectum promoverat, sed potius quia lapis moretur, faciuntq[ue] manu relinquunt, causa est aëris subsequentis ratione repugnat. Lapis enim natura sua gravis, moveretur ab aëre natura levi. Si enim aer levus, grave propelleret, aer in suo loco moveretur & moveret, quod contra Philosophum l. 4. de Cœlo & contra omnium Philosophorum consensum. Zab. l. 2. de motu grav. & lev. c. 2. & 3.

2. Aristoteles† l. 8. Acad. c. 10. t. 823. de Cœlo c. 2. & 3. t. 28. prob. f. 11. q. 6. & mechan. quæst. 33. & cum eo Avenroes l. 4. Physicor. putare non aërem subsequentem, sed precedentem motus lapidis causam esse. Sic enim Avenroes: Causa in motu lapidis post separationem projicientis, non est successio aeris sed translatio ipsius aeris. Sic quoque Aristoteles. Ecce quemadmodum non per impulsionem instantis aëris ut Plato, sed per cessationem impulsu, cuius in locum subit aer, ne vacuum detur.

3. Verum † nec hæc Scaligero placet opinio. Nequit enim antecedens aëris velocius moveri, quam moveretur ipse lapis, à quo aëris ille est semel impulsus: Sic enim mobile moveretur citius, quam quod à moveretur. Scal. dict. exercitat. Tolet. 8. Acad. c. 9. Proinde motus ille in fine omnino lente sceret, planeque evanesceret. Postremo cum aer tam præcedens, quam subsequentis, non nisi ex accidente moveretur, moto enim lapide moveretur aer, numne causam istius motus cum statuamus? cum causam per se inquirimus, nomine potius lapis motu aeris, quam aer motu lapidis causa dicenda? Cum prius sit causa posterioris, non posterioris causa prioris

4. Ut tamen certi quid hac in questione statnere videamus, salvo tamen aliorum iudicio, respondemus cum Ursino disp. 6. q. illust. prob. 3. non ipsum aërem, non projicientem, causam esse lapidis in aere moti, sed ipsam motionem lapidi impressam, qua quasi forma est lapidis moti; hæc conjuncta est lapidi, ille separatus: non enim nescire est, ut efficiens simul existat, cum Effectu.

274.

QVÆSTIO VIII.

An felicitas consistat in bonis corporis?

Anxiè semper inter Philosophos quæstum, quodnam sumnum hominis Bonum? quis finis ultimus, quo acquiscere, & beatas dici in hac vita homo posse? August. lib. 13. de Trinitate, & lib. 19. de civit. Dei c. 1. testatur: Varronem suo tempore, 228. diversas Philosophorum sententias de Beatitudine collegisse: Quid multis? quot homines, tot capita & sententiae. Nam ager in sanitate, in libertate oppressi, imbecilles in viribus, in honoribus ignobiles; Pauperes in divitie, in forma externâ informes; scopum & portum vita humana esse somniamus. Cas. in spec. quæst. moral. 1. 1. cap. 4. & 5.

Nos tamen certi quid determinemus, distinguendum cum Picco. 2. Iomin. grad. 9. c. 3. putamus, inter duplum hominis felicitatem; Inter illam, qua est post mortem; & illam, qua est ante mortem; illam Theologis discutendam relinqueremus, banc nos decidemus.

Est tamen autem felicitas secundum Philosophum Eth. lib. 1. cap. 6. 3. Εὐτελεία τῆς τυχῆς λογικῆς, καὶ ἀρετῆς τέχνης, η τελειοτάτου εἴδος. Telaclis Beatitudo est operario animæ rationalis, secundum virtutem optimam & perfectam, in vita perfecta. Huic non absimilis est definitio, quam tradit 7. Polit. c. 1. & 3. Boetius, lib. 2. de consolat. felicitatem hominis definit; statum omnium bonorum aggregatio-ne perfectum.

Triplicia tamen sunt bona, ut est apud Platonem lib. 2. de Rep. & Cic er. lib. 2. de Inventione: Animi, Corporis, & Fortune. Bona Animi ad essentiam f. lic tatis facere, inque eis consistere (de esse enim & Essentia felicitatis; non de bene esse hoc loquuntur) omnibus est in confessu, ut patet ex supra data definitione. De bonis Corporis & Fortune ambiguitur; illa enim ad Essentiam felicitatis non facere probatur. Bona enim fortuna cum fluant & refluant, bonis & malis competant, pluresque ad perniciem, quam ad virutem rapiant, quis diceret felicitatis Essentialia? In Bonis Corporis sunt qui felicitatem consistere autem. t. mo. i. fort. i. su. his rationibus. Id quod propter seipsum expetur, est summum hominis Bonum: Bona corporis propter seipsum expetur. Ergo. Major est Aristoteli lib. 1. Ethic. c. 7. Mi-

ner itidem l. 10. Ethic. c. 2. qui voluptatem propter se experti assertit.
2. Id quod ipsum esse & vitam hominis conservat est summum hominis
bonum: Atqui valetudo ipsum esse & vitam hominis conservat: Ergo,
3. Quod praeipuum ornamentum hominis, id hominis felicitas: Pul-
chritudo talis, quandoquidem prestans forma omnibus suffragia, ut
dicit Euripides, imperio digna judicatur; & oris venustas, ipsam vires
tutem gratiorem & amabiliorum reddit. Hinc illud Virgilii lib. 5.
Æneidos.

Gratior est pulchro veniens è corpore Virtus.

5. Verum tamen nihil obinet hæc opinio. Nam cum Beatitudo sit ulti-
mus finis hominis, finemque ultimum requirat: Bona autem corporis
finem ultimum non habent, quippe propter animum sunt, & ab anima
ipsorum esse dependet, quis felicitatem in eis consistere diceret? 2. Sunt
communia hominibus & bestiis. 3. Tum animalia quedam ex-
cellunt homini bonis corporis, quedam enim animalia sunt robustiora,
quedam diuturniora, &c. Si igitur in bonis corporis consistet felici-
tas, non prestat et homo dignitate finis ceteris animalibus. 4. Accedit
quod simul cum turpitudine & infamia vitiorum conjuncta, quibus fe-
licitas abhorret, reperiantur.

6. Concludimus tamen ergo: In bonis corporis felicitatem non consistere,
quanquam ad bene esse & existentiam aliquid facere posse non insci-
emur, quod argumenta pro parte affirmante adducta, deducunt.

QVÆSTIO IX.

An fas sit ad supplicium rapere principem?

7. Negant tamen id Icti, dum principem legibus solutum praedicant. Vls-
pian. l. princeps ff. de legatis Plinius in Panegyr. ad Trajan. Negant
hoc Politici, qui publicam personam, à persona privata ad supplicia
trahi posse, minime concedunt: Reclamant sacra pagina, Obediendum
enim esse superiori, nec ut aut armis ei resistendum, ni ordinationi, &
sic Deo ipso resistere velint, docent. Testantur exempla Christi, homi-
numque beatissimorum, qui maximas persecutions & afflictiones per-
ferre, quam manus superiori inferre maluerunt. Ecquis unquam vidit
vel qua corporis membra Capiti, offilio suo minus fungenti infestari, il-
lud?

ludque deturbare à quo vitam, siue conservationem habent? Ecquis illos navigatores non insanos judicaret, qui maximis in tempestatibus & in adversis ventorum flatibus versantes, nauiculum & directorem navis è medio tollere, & vita privari vellent? sii namque interius & præsentissima mortis causa essent. Sie amentes censendi isti, qui principem supplicis afficiendum putent.

At t' inquis: Quid princeps Iustitia universalis prædictus esse debet. Iam vero actus primus Iustitiae est, agnoscere se subjectum esse legibus, id est aut universalis justitia et non competit, aut agnoscit se legibus: debere obedientiam. Si legi obedientiam, utique & potestati legum subjectus erit. Keckerm. in System. Polit. l. 1. c. 3. Diskin-
guunt & quidem eruditæ Thom. part. 1. sum. quæst. 69. art. 5. Gre-
gorius de Valencia Tom. 2. Comment. Theolog. 7. quæst. 5. Do-
minicus Soto l. 1. de Iustitia. & Jure quæst. 6. tit. 7. inter dupli-
cem legis vim, Directivam scilicet, & cohercivam. Ad minorem igitur re-
spondemus, principem quidem subjectum esse legi directivæ: (Leges e-
num sunt norma & regula, quibus etiam principum voluntas regitur)
legis vero coercitivæ vi minime obstrictum teneri, quia Monarcha ut
Monarcha nullum eognoscit superiorē nisi ipsum Deum. 2. Difin-
guendum quoque est inter leges divinas seu inter legem nature & gen-
tium; & inter leges & constitutiones Civiles & Politicas. Illis sub-
jecti dicuntur principes, his minime; sed habent eas postas in suo arbi-
trio & potestate, quandoquidem legumlatio ad dignitatem regiam per-
citet. Aristoteles 3. polit. cap. 11.

Pergi; t' Si princeps omnia pro libidine ageret, Invidiam & In-
solentiam Reip. ingeneraret (qua duo mala omne malitia genus absolu-
vunt) jura patria labefactaret, vim fœminis afferret, indemnatos inter-
imeret Herod. lib. 3. nomenq. principis in Tyrannum mutaret; anne
fas esset ipsum è medio tollere? cum

Victimæ haud ulla amplior.
Potest, magisque opima mactari Jovi

Quam Rex iniquus.

Seneca ex Hercule furente
Trag. 1. Neque contra naturam est spoliare tyrannum, si potes: quem
etiam honestum est necare. Etenim ut membra, quedam amputantur,
si ipsa sanguine, & tanquam spiritu carere cœperunt, & nocent reliquis
partibus corporis, sic in ista figura hominis feritas, & immanitas bellæ,
à communitate, tanquam humanitate corporis segreganda est, inquit
Cic. l. 3. Off. Testantur Historiographi de Aristodemō Tyranno, hunc

et abditis cum liberis & cognatis comprehensum, omnique tormentorum genere excruciatum esse, cum Cumis, optimatibus de medio sublatis, Invenibus omnibus effeminatis, reliquos ex improviso interficere cogitaret. Phalaris crudelissimus Agrigentinorum tyranus, quod exquisitissimis tormentis sibi in viso, & suspectos cruciaret, a populo captus, vincitus, & cum conjugi & filiis crematus est. Helicarnass. l. 1. Nero Matricida, nisi in violentas sibi ipsi manus inferens, supplicium de se sumisset, a populo Romano graviori fuisset pena affectus.

Respondet Tholozan. l. 6. de Rep. c. 18. sect. 19. distinguendo inter Tyrannum Occupatione & Administratione, seu inter Tyrannum Iuris & Vsus. Tyrannus occupatione est, qui nullo jure insummum Reip. imperium involat: hunc ut Iuratum Reip. hostem, & cui legitima dominatio non est concessa, interficere licet. Bod. l. 2. de Rep. c. 5. Huc & Cicero & Seneca procul dubio respexerunt. Tyrannus administratione est, qui quidem princeps est legitimus, ratione successionis vel Electionis, sed sua potestate abutitur, eamque in praedam convertit. Hunc de jure ad supplicia rapi non posse, rationes in limine hujus questionis allate, satis superque demonstrant, nisi publice contra eam procedatur, si omnia pietatis, Iuris, & honestatis repugnare nefariè perstringat. Sic Aristodemus, sic Phalaris, sic Nero à subditis suis interficatos esse, judicamus. De jure autem, non de facto est questione. 2. Distinguunt Politici inter principem, qui potestatem habet absolutam, & superior em Magistratum non nisi ipsam Deum agnoscit; & inter illum, qui potestatem, habet determinatam, Magistratusque superiori subjectus est; Posteriorum posse & debere facti sur rationem reddere, & pro ratione facti à superiori Magistratu ad penas rapi, manifestum est.

QVÆSTIO X.

An usura sit Reipub. pestis? seu: an usura sit interna conversionis causa?

L. Conversio & seu Eversio potius Reip. est, quando status Civitatis convertitur ac omnino mutatur, vel in melius vel in deteriorius. Aristoteles 5. Polit. c. 3. Bod. pag. 584. Hujus eversionis variis variis statuunt causas. Genethliaci omnem Rerum conversionem in fin

ſtu & posuit Astrorum ponunt, quibz tamen prolixē refutat Bodin.
pag. 617. & seq. Soici in necessaria connexione cauſe universalis
cum particulari, que omnibus actionibus neceſſitatem infert, & ſi vo-
luntatem diuinam absolute Conversionis Rerump. cauſam ponunt.
Sed absurdia & ex scholis Theologorum & Philosophorum diu exploſa eſt
opinio. Platonici Rerump. viciſtudines ſola numerorum potestate
metiri ajunt, quando nimirum radix ſequitertia quinario juncta,
duos concentus efficit. Hos & nigratum profectores refellit Aristoteles l.
3. polit. c. 12. Super eſt Aristotelis eaque veriſima opinio cui ſubſcri-
bunt Politici fermè omnes, qui cauſas Repub. conuerſionis internas
ponit ſeditionem & fraudem. Sedatio, ut eam definiit Keckerman. l. 1.
Polit. ſyll. pag. 436. eſt ſubitū & violentus motus ſubditorum,
contra principem præter jus & fas. Fraus eſt executio injiſtitie in fa-
ctis, ſemperque coniunctum habet dolum. Thom. ſecunda ſecundæ
quaſt. 55. art. 5.

His & nonnulli Theologorum & Politicorum annumerarunt Vſu-
ram, ac ſires per ſemalā, peſtis Rep. & cauſa conuerſionis eſſet: Illi
aliquor Scripturæ locis commoti. Exod. 22. Deut. 25. Levit. 25. Psal.
14. Eccles. 29. &c. Chemnit. part. 2. loc. Theol. c. 6. p. 394.
Gesn. in explicat. Psal. 15. pag. 143. Aretius in probl. loc. 131.
pag. 394. Steph. SZege. in Tab. loc. Comn. pag. 457. Vrſinus
in Cathechetis explicat. pag. 814. H̄i naturā, ut opinantur, per-
ſuasi: Sic enim Cas. in Sph. Civit. pag. 54. O pefſima beſtia, inquit,
omni aſpide noſentio, utinam ſane aut nunquam affuiſſis, aut ſalem
in floreſt. & bene administratas Rep. unquam irrepuiſſes. Sic Cicerο
3. off. Detractari alteri & hominem hominis incommodo augere com-
modum magis eſt contra naturam, quam mors. Et Cato interrogatus
quid eſſet fænerari? Reſpondiſſe fertur: quid eſt hominem occidere?
Cic. l. 2. de Off. in fin. His & Tholozanus lib. 10. c. 16. f. 25. &c
26. aſtipulatur dum uſuram accipere, maximum judicat peccatum.

Contrarium & tenet Hun⁹ in Epiftol. 2. ad Corinth. c. 8. 3.
pag. 244. & in Concion. Catechet. ſtatuenſ, Uſuram non eſſe rem
per ſe & ſimpliciter malam, ſed eſſe rem medianam & diſferentem, que
ſalvā conſcienciā exerceri in Rep. poſteſt, ſeruata eā mediocritate,
quam Imperatores Christiani preſcrisperunt, & natura aequitasque ipſe
ſuaderet. Idque inde conſirmat. Uſuram nullibi eſſe ſimpliciter, & abſo-
lute in ſcripturis prohibitam, ſed determinatē ad certas perſonas & ho-
mines

mines egenos & extremè pauperes posram. Deinde ita inser viendus
alii, ne sibi jusque sit afflictio: Qui enim suis & maxime familiaribus
non providet, fidem abnega vit. 1. Timoth. 5. vers. 8. & est infidelis
deerior. Hinc Hunnius: Prodeesse, dicit, tencor proximo meo, prodeesse &
Iubear meis, quos mihi natura archius copula vit; ut igitur sunt di versi
gradus Charitatis, ita meis plus debo, quam alienis. Sic commodare de-
bo alienis, ne defraudem meos; Sic vicissim prospicere meis, ne negli-
gam alienos. Omnia hæc debent esse temperata, quam temperaturam
ipsa præstat Charitas. 3. Sancta Lex naturæ, suadet æquitas, fla-
gitat gratitudinis referenda ratio, monet Christiana Charitas, urgent
argumenta Christi Matth. 7. vers. 12. ut rependas, & ultra sortem ali-
quid addas ei, qui beneficium tibi contulerit, commodumque suum ne-
glexerit.

4. His & Politici ferme omnes suum addunt calculum, adhibita di-
stinctione, ut nimirum distinguant inter Vsuram compensatoriam, Pu-
nitoriæ & Lucratoriæ. Compensatoria est, qua præstatur, ut com-
penset justum interesse, quod debet creditor, eò quod pecuniæ caret. Pu-
nitoria est, qua non propter lucrum potentium, sed propter moram non
solventium pro pœna, aut à lege aut ab homine infligitur. Lucratoria
demum est, ex merito mutationis officio, contra natüram contrabitus,
lucrum facit. Welenbe. in Pand. I. 22. c. 1. 2. Inter Personas egenas
& extremè pauperes & inter di vites, mercaturamq; exercentes.

5. Sic itaq; hanc quæstionem decidimus: Dicta illa Scriptura, &
sententia Politicorum loquuntur de usura Lucratoria, quæ pestis Reip.
animi funus à Rege Alfonso dictus Panormit. l. 3. de dictis & factis
Alphonsi c. 34, quæq; Reip. exterminanda, si salus Reip. diu durare debe-
at, non verò de usura Cöpensatoria & Punitoria. Deinde ab extremè pau-
peribus usura non est exigenda, imo potius de sorte ipsa, si res ita ferat,
periclitandum, Luc 6. Mutuum date, nihil inde sperantes. Hunnius in 2.
ad Corinth. pag. 246. Plura desiderans legat
ICtum Molinæum in tract.
de Vsuris.


Finis disputationis 7. Centuriæ 4.





Farbkarte #13

B.I.G.



DISPUTATIO VII.
Centuriæ Quartæ
**QVÆSTIONVM
ILLVSTRIVM
PHILOSOPHI-
CARVM**
In Inclytâ VVittebergensi Academiâ
Proposita:
PRAESIDE
**M. IACOBO MARTINI
LOGICES PROFESS.**
Publ.

RESPONDENTE
CASPARO BARGELIO
Dantiscano Borusso.

*Ad 14. Cal. April. horu è 6. marutini in auditorio col-
legii vetera.*

VVITTEBERGAE
Excudebat Iohann. Schmidt, Sumptibus
Pauli Hellwigii Bibliop. Anno 1608.